

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XI. TIT. V. De Aleatoribus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

DE

## ALEATORIBUS.

Qv. I. *An repetitio pecuniae ludo perdita laedat verecundiam apud honestos viros?*

*Laut. pag. 159. verb. Quae tamen repetitio verecundiam* **N**EG. Nam qui utitur beneficio juris, legisque remedio, non turpiter agit, neque judicium collusorum hic curamus, sed gravium virorum, qui sane non improbabunt actionem, qua tranquillitate reipublicæ consulitur, & luxuria coercetur. Unde hodieque hujusmodi repetitionem obtinere omnino puto. vid. *Dn. Stryk. U. M. h. §. 6. (1) per text. expr. in l. 1. C. l. f. C. Aleat.* qui nullibi in jure mutati apparent. Idque (2) in primis verum est, si ludens non habeat liberam rerum administrationem. *Laut. p. 160.* Vel (3) si vixit repetente ad ludendum sollicitaverit. *Carpz. Grænweg. &c. apud Laut. d. 1.* Vel (4) fraus intervenerit. *Laut. d. 1.* Item si (5) vestes perdidit, vel magnum familiæ dispendium concurrat. *Brunn. in Parat. Wiss. h. q. 4. Brunn. ff. ad l. 1. n. 10. h. t. &c.*

OBJ. Quod in pari turpitudine melior sit conditio possidentis: *l. 3. Cond. ob turp.*

RESP. Vera haec est regula, nisi alter certet de mero lucro captando, & alter de damno vitando, uti hic, vel nisi lex aliter disponat.

Qv. II. *An mutuanti ad hisum detur pecuniae repetitio?*

*Laut. pag. 159. verb. tertius re-petit cre-ditum.* **A**FFIRM. *L. 8. pro Emt. l. 3. de in rem vers. l. 11. §. 6. Min. l. 12. §. 11. Mand.* ubi ei qui fecit accipientem scorto daturum, aut alias perditurum, actio datur; sufficit enim in ejus negotiam datum esse, licet ipse male utatur. *Conf. l. 2. §. 1. Quar. rer. act. non dat.*

OBJ. (1) *L. 12. §. 11. Mand.* ubi ei, qui sciens perdituro creditit pecuniam, actio non datur.

RESP. Loquitur de adolescente & minore, hic enim illecebris eo perductus videtur.

OBJ. (2) Usucaptionem non valere. *d. l. 3.*

RESP.



**R E S P.** Possessio rei alienæ ad effectum usucaptionis valet, si iustus titulus adsit; secus ergo si ludendo rem alienam acquisivit, hic enim titulus vitiosus est: *d. l. 8.*

Atque ita quoque rem decidit *Berl. p. 1. dec. 66. n. 56. Carpz. p. 3. q. 134. n. 27. Dn. Stryk. U. M. h. §. 10.* distinguit an a collusore & caupone mutuo data sit pecunia, an a tertio, & illo casu non dari repetitionem ait.

**Qv. III.** *An aleatorum receptator vindicet damnum tempore lusus injuria datum?*

**N**E G. *L. 1. pr. & §. 8. seq. h.* idque responso J Ctorum Helmstadi. *Laut. pag. 160. verb.* ensium firmat *Hahn. ad W. h. n. 2. Struv. §. 53. h. ibique Evol.* *Qui neque vindicat injuriam &c.* **O B J I C I T** *Wissenb. Ex. ad π. 23. th. 16.* injuriam esse hanc constitutionem, eamque invitare homines ad furta, damna, &c.

**R E S P.** Alia quæstio est, an læso fiat injuria, ita ut ille ejus ratione petere possit? & negatur: Alia, an magistratus pœnam irrogare possit? affirmatur; hic enim injurias ex officio punire potest & debet. *Berger. in resol. h. Stryk. U. M. h. §. 11.*

### LIB. XI. TIT. VII.

DE

## RELIGIOSIS ET SUMTIBUS FUNERUM, ET UT FUNUS DUCERE LICEAT.

**Qv. I.** *An actio haec detur contra socium?*

**N**E G. *L. 2. §. 1. h.* Sed vel actio communi dividendo, vel familiæ erescundæ, vel actio pro socio datur. *d. l. 2. l. 39. pro socio;* *verb. Non etiam contra socium &c.* ubi autem ordinaria actio datur, subsidiaria illa in factum locum non habet.

**O B J. (1)** *L. 43. h. t.* ubi socio datur actio.

**R E S P.** Interdictum ei datur de mortuo inferendo, at non hæc actio in factum.

**O B J. (2)** *L. 6. §. 6. com. div.* ubi dicitur dari actionem in factum.

Sed bene R E S P O N D E T *Dn. Berger. in resol. h. t.* aut actionem illam in factum esse interdictum de mortuo inferendo, aut dicendum,

**C O C C. J. C. P. I.**

**E c c e** dum,

